

Index memorabilium

quae in hac Paroesia, ab anno D(omi)ni 1732

et deinceps aeta sunt

**(Les événements mémorables qui se produisirent
dans la paroisse à compter de l'an 1732)**

Anno a Christo nato, Supra millesimum
Septingentesimum quinquagesimo sexto anno
Die quinta Septembris, hęc Ecclesia à Dno
Dno Darchambault generali vicario et de
vitello archidiacono est visitata.

Anno a Christo nato, Supra millesimum
Septingentesimum Sexagesimum primo sexta mensis
novembris obiit Magister Carolus Josephus
Balquoid hujus loci pastor meritissimus, ejusdemque
mensis trigesima spiritualium, temporalium vero
decima mensis maii die possessionem inivit Magister
Johannes Baptista Bertrand ab Illustrissimo et
Reverendissimo Episcopo Tullensi dignitatis jure,
nominatus et institutus vigesima Septima die mensis
novembris etc.

Anno 1768º Augusti 29º ex confraternitatibus ^{obsoletis} immemorata
conceptionis et sacratissimi rosarii erecta ab canonicis
confraternitas sub titulo suffragii animarum fidelium
defunctorum et invocatione B. Marię virginis a D. D.
Claudio Tullenti Episcopo et a Clemente 13º Summo
pontifice confirmata, indulgentiisque decorata 14º decembris
die, indulgentiarumque litterarum Tulli visa, publicari
permissee aprilis 1769º 18º ac demum publicate Junii 9º
ejusdem anni.

In nocte Septembris anni 1776º erectum est altare
majus marmorium expensis fabricę procurante
Nicolao Gubault Bertrando J.

curat. Dubouché curat.

Index memorabilium quae in hac
Paroecia, ab anno Domini 1732, et deinceps
acta sunt.)

Anno Domini millesimo septingentesimo trigesimo
secundo, die nona Mensis Septembris, Ecclesia hujus
loci, sub titulo Beatae Mariae, natae, ab Illustrissimo
Domino Domino Scipione Hieronimo Bejon Praesule
Tullensi, dicata et consecrata est. J. Palquois H
cure d'Outremecourt

Anno Domini millesimo septingentesimo quadrage-
simo primo, ^{3^a die maii} Divinitus prope, notum factum est, esse
in hac paroecia tres particulas Spinea Coronae Domini
cum duabus Sacrorum Offium Sanctae Ursulae
portuunculis, permittumque est ab Illustrissimo
D. D. Scipione Hieronimo Episcopo Tullensi ut dictis
Sacris Reliquiis a populis Religiosus cultus exhiberetur.
Datum est autem illius Decretum decima septima die
mensis julii supra dicti anni. Quod testor. J. Palquois H
cure d'Outremecourt

Anno a Christo nato supra millesimum septingentes-
simum quadragésimo octavo, in hanc paroeciam
translatae sunt insignes et sacrae sanctorum Hebaeorum
martyrum Trevisensium, sub impio principe Riccio
Varo Trevisis in campis martis intersectorum Reliquiae
opera Domini Antonii Palquois presbiteri dicti De-
Requiere, Sacrae, Caesareae Majestatis Sacellani &
Ecclesiae Collegiatae ad Sanctum Paulum Leodiensem
Canonici. Concessae fuere autem praememoratae
Reliquiae a Capitulo ad Sanctum Paulinum prope
Trevisos die vigesima secunda julii praefati anni
ab Episcopo eisdem Urbis Suffraganeo confirmatae, et
publicae fidelium venerationi exponi permittae, a
D. D. Scipione Hieronimo Tullensi Episcopo, Decreto suo
diei quartae mensis Septembris etiam supra dicti anni
quorundam omnium autenticae litterarum, ac iustissimae
fidei scripta et testimonia, cum dictis Sacris Reliquiis
in capsula eleganti deponantur et servantur. Quod
infra scriptus testor. J. Palquois H
cure d'Outremecourt